




UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

S. Odilo Abbas. Cura defunctorum

[Köln], [1654]

S. Alexander Papa M. Veneratio SS. Reliquiarum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71907](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71907)



S. ALEXANDER PAPA M.

Veneratio SS. Reliquiarum.

Deus, qui per S. ALEXANDRI Papæ
vincula, Balbinam virginem subita do-
nasti sanitate; da nobis Sanctorum Re-
liquias pie venerari, & earumdem ex-
periri virtutem.

Ora pro carcere detentis,



ALEXANDER, natione Romanus, Eccle-
 siæ præfuit annos 8, menses 2, diem 1.
 Hic sub Trajano Imperatore, & Principe
 Aureliano, in furnum ardentem cum S.
 Eventio Presbytero & Theodulo Diacono
 conjectus anno 117, indeq; egressus illæsus
 ac punctim confossus, martyrium comple-
 vit, sociis capite minutis. Inter multos, qui
 Christo lucratus fuerat, eminuerunt, S. He-
 mes, urbis Præfectus, cum sorore Theodo-
 ra; & S. Quirinus, cum filia Balbina, cui per
 boiam è Sancti collo sumptam collata san-
 tas, patrem movit, ut crederet in Jesum, &
 cut istos, reddita mortuo filio vita. Bojam
 illam Alexander II Lucam misit, ubi Ep-
 scopus fuerat, anno 1070; cum bona parte
 corporis, sumpta ex S. Praxedis ecclesia; un-
 de jam ante acceptam partem aliam Euge-
 nius II ad S. Sabinæ collocarat, circa 826
 (ibi adhuc repositam an. 1586) aliam Ca-
 lestinus III, ad S. Laurentii in Lucina, sub
 annum 1196, una cum Sancti Capite.

*Si tetigero tantum vestimentum ejus, sal-
 va ero. Matt. 9.*